


CHRISTOPHORI MOLINARII  
 CÆS. AULÆ MEDICI  
 E P I S T O L A  
 AD  
 CL. V. ANTONIUM  
 STÖRCK  
 AUGG. ARCHIATRUM  
 Q U A  
 MULIERIS A SCIRRHO CURATÆ  
 HISTORIA EXPONITUR.



VINDOBONÆ,  
 TYPIS JOANNIS THOMÆ TRATTNER,  
 CÆS. REG. APOST. MAJEST. AULÆ TYPOGR.  
 ET BIBLIOPOLÆ.


ANNO CICICCLXI.



VIRO CLARISSIMO  
DOCTISSIMOQUE.

ANTONIO STÖRCK  
AUGUSTORUM ARCHIATRO  
CHRISTOPHORUS MOLINARIUS  
CÆSAREÆ AULÆ MEDICUS

S. P. D.



Præstans & unde quaque ce-  
lebrata opella Tua,  
Vir Doctissime, de-  
cicuta tanta me il-  
lam sæpenumero avidissime  
percurrentem affecit volupta-  
te; ut Tibi plurimum non so-

lum me, sed etiam omnes, qui  
medicinam faciunt, debere  
fatear.

A vetustissimis enim tem-  
poribus planta hæc venefica  
habita fuit: Nam Theophra-  
sto in Histor. plant. teste, Thra-  
fyas magnus Medicus pharma-  
con ex succis cicutæ & papa-  
veris parva copia permixti  
composuit, quod mortem sin-  
dolore conciliaret.

Mirandum itaque est, tak-  
venenum observationibus Tui  
solidis experimentis subnixis

eo a Te fuisse deductum , ut  
cancro, scirrhoque præsentif-  
simum remedium afferat.

A primo medicinæ ævo ad  
nostram usque ætatem probe-  
nosti , Vir Eruditissime, cum  
Medicorum animis dirissimos  
hosce morbos negotium grande-  
faceisse, tum mortalium ge-  
nus fuisse ab iis ad mortem us-  
que excruciatum. Nam vel  
ipso Hippocrate Auctore, cui  
cæterorum medentium cohors  
succinit , cancer malum est  
immedicable. Et quamvis  
aliqui fuerint , qui adversus  
a 3 eum

eum præsidium quoddam e ci-  
cuta civerint , tamen quoniam  
id forte fortuna potius , quam  
ex arte præstiterunt , possumus  
sine assentationis suspicione af-  
firmare , divinitus pene Tibi  
concessum esse , ut tali bene-  
ficio genus humanum Tibi de-  
vincires.

Peccarem itaque & in bo-  
num publicum , & in Te , si  
invidenti animo premerem id  
quod in scirrho ulcereque ute-  
rino e canceroso venereoqua-  
genere a cicutae usu expertu-  
sum ; præsertim cum a Te  
qua-

quæ Tua est erga me humanitas; excitatus sim, ut morbi hujus historiam scripto, quod deinde publici juris fiat, committerem.

Mulier viginti quatuor annos nata, temperamenti sanguinei, lautissimo victu semper usq[ue] o[cto] annis nupta, nunquam grava per hoc tempus effecta; Tempore menstruorum legitimo insolitam membrorum lassitudinem percipiens, cum Lumborum, tum totius imi ventris ad pubem usque doloribus summis, & tor-

pore crurum divexabatur, do-  
nec parcissimus sanguinis ex-  
utero fluxus cruciatu quam  
maximo erumperet.

Anno elapso circa Novem-  
bris initium gonorrhœam viru-  
lentam pessimi moris a marito  
contraxit, quæ illico, nescio  
qua medela, evanuit.

Instantibus circa finem  
mensis catameniis, misella non  
solum ventris mole in immen-  
sum adaucta est cum duritie  
& doloribus uterinis acerbissi-  
mis; verum etiam validissima  
febr

febri correpta cum vomitu bilioso quasi continuo , lypothi-  
miis, sudoribus frigidis, dyffu-  
ria, stranguria, alvique adstri-  
ctione summa: nec nisi supina  
citra dolorem maximum exa-  
cerbationemque symptomata-  
tum potis erat decumbere.

Tertia die, qua atroci hac  
uteri inflammatione infestaba-  
tur, accitus ego, quarta nempe  
Decembris , morti proximam  
illam inveni, nec quid, præ-  
ter unicam venæ sectionem, ei  
sublevandæ tentatum fuerat.  
Juvenilem ætatem perpen-  
a 5                    dens,

dens, temperiem sanguineam,  
ventris duritiem, ad tactum  
exacerbatos cruciatus, me-  
morataque symptomata; etsi  
pulsus parvus, contractus, &  
cum vultu sublivido percipe-  
retur; jussi ut brachii vena  
tunderetur, unde sanguis la-  
rido similis prodivit, & statim  
concrescens.

Longum esset ea memoria-  
re, quæ cum interius anti-  
phlogistica, nitrata, emulsi-  
ones, decocta emollientia ex  
herb. mollissimis & floribus  
enemata oleosa, paregorica  
tum

tum exterius cataplasma,  
itusque adhibui.

Altera die , cum morbus  
non esset mitior , censui itera-  
tam in brachio venæ sectio-  
nem esse instituendam.

Sanguis priori similis , nec  
ægrota levamen sensit.

Venam tertium tudi: quo  
facto febris aliquantis per de-  
crevit , & lethalia symptomata  
remiserunt.

Spem mihi fecerunt quar-  
ta die urinæ , in quibus multa  
sub-

subsidebant: nam quæ die decretorio apparent, crisiū salutarem, auctore Hippocrate portendunt.

At infelici præ nimiis doloribus noctes transfigenti vigiles, vix quatuor, aut quinque grana opii somnum conciliabant.

Cum ad septimam pervenisssemus, memoratis cum interioribus tum exterioribus remediis, quorum præcipu erant nitrum, camphora opium, diu, noctuque exhibita cœ

cœpit ex utero effluere materies varii coloris, modo flava, & viridis, modo cruenta, quæ in te a corrodebat.

Alvus, quæ sub initium strictissima erat, & vix enematibus sollicitata, fœces reddebat, soluta est; & cum levamine materies fœtida, briosaque dejiciebatur.

Detumescebat abdomen, in urinis subsidebant plurima copiosaque arenæ rubræ granula, quæ matulæ fundum petebant, nec non sæpen numero pus.

Nona

Nona die ægrotam ex orci  
faucibus ereptam existimaba-  
mus. At repente ira percita  
ingravescunt omnia sympto-  
mata; recrudescit febris, in-  
tenditur abdomen, stranguri-  
acutissima redit, notæ deni-  
que inflammati iterum uteri  
se se pandunt.

In gravi hoc casu, qui  
confilii? Vires morbo fractæ  
corpus continuis doloribus ex-  
tenuatum, alvus adstrictissima  
venter tympani adinstar in-  
tentus.

D

Doloris summi sedes a pu-  
be ad umbilicum, & ad ileon  
usque sinistrum.

Novam & profusissimam  
venæ sectionem celebrare opus  
fuit, quæ & postridie ob dolo-  
ris contumaciam repetita est.

Sanguinis densitas, crassi-  
tiesque, tum dolor acerbus,  
nova uterum inflammatione la-  
borare indicabant.

Ad sanguinem tali in dis-  
crimine constitutæ, toties de-  
trahendum, plura me auda-  
cem

cem fecerunt : nam mulier  
quædam, cui septimestrem fœ-  
tum gerenti, & hepatitis af-  
flictæ decima morbi die, qua-  
accitus fueram, jussi ut vena-  
bis tunderetur , convaluit , &  
fanissimum nono mense infan-  
tem peperit.

Nec huic absimile fuit  
quod mihi cum juvēne pleuri-  
tico annorum viginti contigi.  
Nam Is , postquam sex dierū  
spatio ob morbi pertinaciam  
septies me auctore imminutu-  
sanguine fuit , integerrima  
valetudinem nactus est.

Porr

Porro sciebam, haud intutam in acutis, etiam octava morbi die, venæ sectionem haberi ab Hippocrate in morbo Anaxionis: Et quocunque tempore, ætate & morbo id tentari posse confirmatum a Celso, sic de sanguinis detractione per venas pronuntiantे.

*Interest enim non quæ ætas sit, neque quid intus in corpore geratur, sed quæ vires sint.*

*At firmus puer, & robustus senex, & gravida mulier valens tuto sic curantur: & alibi; ergo*  
b                   vehe-

*vehemens febris, & intolerabilis  
dolor sanguinis detractionem re-  
quirit.*

In ægrota itaque nostra propterea quod, ut antea dixi intolerabilis dolor aderat, ab initio sanguinis detractionibus non temperandum censui. Quæ profecto eam instanti periculo eripuerunt. Verum stranguria recruduit, uterique dolores atrocissime eam excruciant, quos litu, fotuque crebro lenire opus erat.

Ene

Enematibus pluribus oleo-  
is mollissimis solvebatur, fo-  
ebaturque adstrictissima al-  
us: febris modo magis, mo-  
lo minus intendebat; urinæ  
ardorem demulcebat campho-  
a, nitrum, opium, emulsi-  
es semin. melon. & papa-  
eris.

Interdiu apozemata her-  
bar. altheæ , malvæ , flor.  
malv., verbasci, sambuci cum  
diacodio ex usu erant, cum  
mixtura temperante ex nitro  
gummi tragaganthi , arabici,  
camphora , lapillis cancro-  
b 2 rum,

rum, quæ excipiebantur aquis  
papav. rhæad. malvæque  
Somnum vix conciliabant, do-  
loresque sopiebant grana tria  
quatuor, vel sex opii nichte-  
meri spatio assumta.

Nec multiplici opio tor-  
menta compescere valebamu-  
Hisce tamen auxiliis adjuta-  
cœpit materies purulenta fo-  
tida, varii coloris, cruenta  
que prodire.

Viginti dierum spatio cru-  
ciatibus divexata fuit, ita u-  
integrum mensem Decembris  
atre

atroci hoc morbo afflita  
transegerit.

Diuturnus erat opii usus,  
ugebaturque dosis, donec do-  
ores conquiescerent.

Victus ratione humectan-  
e, demulcente, & lactea  
cum decocto sarsæparilliæ &  
assafras, vita sustinebatur.

Animadversione dignum  
est, tam ingentem opii usum,  
eam nec reddidisse stupidam,  
nec paralyticam: quemadmo-  
dum

dum haud raro accidisse Me  
dici plures observarunt.

Quod documento nobis  
esse debet, ut in arte faciendis  
simus quandoque audace  
Agitur enim de homine e lib  
tinae manibus eripiendo: Of  
ficium itaque nostrum est, u  
remediis cujuscunque generi  
licet vehementioribus, ex ar  
tamen prudenterque, adhibi  
tis, conemur morbum aggr  
di, donec is, si quidem in p  
testate nostra sit, depellat  
omino.

Hac ratione hysterica  
puellam vicennem, prægressa  
quasi apoplectica affectione  
quadrihorium perdurante, di-  
cissimis postea, & in diem duo-  
decies, quindeciesve recur-  
rentibus convulsionibus, trium  
septimanarum spatio, affli-  
ctam, drachmis duabus opii  
per vices plurimas, parvaque  
dosi, ante & post paroxismum,  
exhibitis, restituimus.

Sic altera fœmina, mense  
integro per intervalla maxime  
convulsa, drachmis duabus  
opii puri, & laudani liquidi  
b 4 uncia

uncia una, ex præscripto meo,  
assumtis, integerrima valetu-  
dine potita est. Fatendumque  
cum Sydenhamio, mancam  
claudicantemque esse, sine  
opio, medicinam; plusque  
nos isthoc, quam quocunque  
alio remedio præstare.

Depulsa itaque hoc auxi-  
liorum genere morbi acutie  
repente eo in loco, ubi dolor  
toto hoc tempore perstiterat  
tumor ingens, durus, ad ta-  
ctum dolens apparuit: cuju-  
m hæc erat natura; ut exorts  
uteri hæmorrhagia, dolor sc-  
pire

piretur, & febris major revire-  
sceret, nova suppuratione con-  
sequente.

En genuina, ni fallor,  
scirrhi uterini cancerosi effi-  
gies.

Quid balnea emollientia  
cum lacte, antivenerea re-  
media, & balsamica possent,  
necesse erat experiri.

In balneum quotidie tem-  
peratissimum ex lacte aquæ  
mixto, in quo facculi incoque-  
bantur ex herbis emollientibus

confecti , descendit ; sacculi  
vero parti affectæ applicaban-  
tur. Sex septimanarum spa-  
tio, ad emolliendam uteri du-  
ritiem his usa est. Hoc tem-  
poris intervallo exhibuimus  
quotidie Mercurii dulcis grana  
sex, cum pilulis balsamicis, &  
abstergentibus , quas quia sæ-  
penumero non modo in his af-  
fectionibus , verum etiam in  
renum vesicæque ulceribus  
valde proficuas experti sumus,  
juvat hic describere.

R. Gummi arabici , there-  
binthinæ aa. drach. jβ.

Sa-

Saponis veneti , Rhei  
electi aa. drach. ij.

Succini albi ppti. drach. ij,  
Camphoræ gr. xx.

Laudani opiatii gr. xv.

Balsami peruviani  
drach. jβ.

M. f. pillulæ gr. ij. &  
deauratæ dentur.

Drachma una massæ hujus  
quotidie utebatur , cum mer-  
curii dulcis gran. sex : Dosis  
mercurii augebatur indies ad  
salivationem usque , cui bis in  
septimana , ne erumperet , po-  
tione purgante lenitiva ex  
manna & cremore tartari sy-  
ru-

ru poque rosar. solutivo confe-  
cta, occurrebamus.

Pilulis hisce superbibebat  
aquæ destillatæ antivenereæ  
sequentis lib. unam, alteri li-  
bræ lactis caprilli permixtam:  
quam solam, sine ullo mercu-  
rii usu, in lue venerea ulce-  
ribusque, plurimum efficaci-  
tatis habere, experti sumus,  
etiam in iis, qui incassum a  
mercurio opem præstolaban-  
tur.

Rx. Rad. sarsæparilliæ con-  
cif. unc. ij.

Ligni

Ligni visci quercini.  
Rafur. eboris & cornu  
cervi aa. unc. j $\beta$ .

Cinnamomi optimi drach-  
mas duas.

Antimonii crudi, & la-  
pidis pumicis aa. unc. ij.  
utriusque nodulo in-  
clusis.

Affunde aquæ fontis Lib. X.

Vase bene clauso digere  
super. ciner. calid. hor.  
XXIV.

Destilla leni calore: hinc  
reliquiis affunde iterum  
aquæ fontis q. lubet.

Bulliant horæ spatio, cola.

De-

Decoction hæc sit pro potu interdiu.

Per integrum Januarii mensem & ad Februarii medium hisce remediiis usam est.

Exortis hinc modo uteri hæmorrhagia, modo materiei purulentæ profluvio, fœtorem ab ipsa ægrotante vix ferendum spirante, eo tandem ventum est, ut dolores lenirentur, ulcus abstergeretur, uterusque tanta colluvie maligna liberaretur.

Nihil-

Nihilominus omnium symptomatum caterva nostram iterum patientem infestavit : Aderat enim tumor magnus, durus, & sensilis, qui nisi resloveretur, aptus erat omnia terum frequenterque turbare.

Cum itaque huic liquecendo memorata remedia paria non esse viderentur, subiit in cogitationem, num fortasse pharmaco Tuo, cicutæ neme pe extracto, foret locus.

Te itaque adire constitui rogaturus, ut ægrotantem meum

cum inspiceres. Quod cum  
summa, qua polles urbanitate  
effecissem, autumassesque op-  
portunissimum cicutæ usum  
fore, cœpimus consilio tuo  
mane & vesperi granum unum  
extracti cicutæ exhibere, hac  
lege, ut superbiberet, Te con-  
sentiente, aquæ destillatæ anti-  
venereæ superius descriptæ  
una cum lacte, solitam, qua  
hucusque usa erat, portionem

Indies adaucta cicutæ do-  
sis est, ascendimusque ad Gr.  
XX. quorum X. mane, reli-  
qua vespere ingerebantur.

Pri-

Primis septimanis, ut Tu  
ecte in opusculo tuo animad-  
vertisti, vix conspicuus effe-  
stus sequutus est, puris tan-  
ummodo qualitas mutabatur.

Fœtor non adeo ingens,  
nodo sanguinis dilutioris, ru-  
iliorisque, tum purulentæ  
nateriei laudabilioris proflu-  
rium, & quidem copiosius  
erumpebat.

Nec nausea, nec vomitus  
nec alia incommoda concita-  
bantur.

Statuto tempore rediere  
menstrua, debita quantitate,  
& sanguis nativam coagimen-  
tationem adeptus est.

Appetebat ipsa magis in-  
dies. Somnus satis placidus  
erat.

Functiones omnes cum ani-  
males tum naturales revivisce-  
bant.

Tertia & quarta septiman  
molliorem ventrem inveni-  
mus.

Tan

Tandem spatio duorum  
mensium remedio tuo ingens  
umor solutus fuit adeo felici-  
er, ut nunc non solum natu-  
alem molem abdomen nactum  
t, verum etiam vix dilutissi-  
mae lymphae inodoraæ, albi-  
antisque profusio imperspicua  
nimadvertatur.

Summam quoque urinæ  
uantitatem bonæ indolis sæ-  
enumero vidimus.

Color vultus, rubicundus,  
mœnus, qualis ante natura  
erat, rediit, corpus totum

pinguescit, ipsamque sanissimam, & ob recuperatam valedudinem animo ad hilaritatem composito, nuper ambo conspeximus.

Quæ cum ita sint, nihil enim in morbo hoc describendo, ut honestum Professorem decet, vel prætermisi, vel disimulavi, opinor, posse quemquam conjicere, remedium hoc scirrhis, canceris, aliisque tumoribus solvendis, curandisque, tum diuresi promovendæ idoneum esse.

Eff

Esse quoque balsamicum,  
& vulnerarium, ut & emme-  
nagogum efficacissimum op-  
portunumque.

Quapropter cicuta tan-  
tum abest, ut cum veteribus  
inter acerrima venena prorsus  
relegetur, quin potius quem-  
admodum a Te paratur, pro-  
pinaturque, saluberrimis phar-  
macis erit in posterum accen-  
senda.

Itaque non dubito, quin  
si reliquas de ejus usu observa-  
tiones Tuas, totius posterita-  
tis

tis encomio prædicandas, quas  
anxie præstolamur, in lucem  
edideris, optime de genere  
humano sis meriturus. Vale.

D. VINDOBONÆ ex Aedibus meis

IV. Id. Maii MDCCLXI.

